



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

11 Junii. 3 Idus Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

IS
atre tuo gris cæsa, & in silvas missa, ibi,
rimittiō leptennio, cum feris, tibi mansue-
illāsus, tis, habitāsti; juvenes plures Chri-
necatus sto lucrata, Martyres præmisisti; ac
tandem, gladio Martyr cecidisti: &
viginti anima tua, candidæ instar colum-
um, & bæ, egredi est visa è corpore crucia-
res ante te.

XI JUNII.

503

gris cæsa, & in silvas missa, ibi,
leptennio, cum feris, tibi mansue-
tis, habitāsti; juvenes plures Chri-
sto lucrata, Martyres præmisisti; ac
tandem, gladio Martyr cecidisti: &
viginti anima tua, candidæ instar colum-
um, & bæ, egredi est visa è corpore crucia-
res ante te.

OMNES SANCTI, &c.

pg. 320.

S. MARIA, quam, unà cum SSS.
Trinitate, nocturno Officio honorabat
S. Margarita Regina, singulis noctibus
tā de cauſā somnum interrumpens:
imprime cordi meo tenerrimum, ac
perpetuum cultum SSS. Trinitatis!

II Junii. 3 Idus Junii.

Sancte Barnaba Apostole, vir bo-
ne, & plene Spiritu sancto & fide,
Pauli socie; qui cùm Christum, ac
æternas pœnas, æternam gloriam,
prædicares, lapidibus impetus,
hammis injectus, post mortem non
semel cælesti splendore amictus ap-
paruisti; curationum gratiâ tantus,
ut locus ille, ubi conditus jacebas,
sanitatis locus fuerit nuncupatus.
Habe et mei curam, cùm in ultimæ
infirmitatis meæ loco decumbam;
ut inde non ad eum locum descen-
dam,

504 ANNI CÆLESTIS
dam, ubi omnibus omnium infi-
mitatum tormentis majores sunt,
æternique dolores; verum ad ame-
nissimum æternæ sanitatis locum
ascendam. Amen.

S. Sancti Felix, & Fortunatus, fra-
tres, equuleo suspensi, atque arden-
tibus lampadibus ad latera admoti,
mox divinâ virtute extincti,
ferventi oleo perfusi, & capite
truncati.

S. Parisi, jejuniis, oratione,
mortificationibus, & miraculis ce-
lebris; Deo sacrarum Virginum
magister sancte, centesimo decimo
sesto ætatis anno extincte.

B. Joannes Sahaguntine, inter
sacrificandum in altum elevari vise;
Ecclesiastes puritatis.

S. Petre Cælestine, qui xi & xii
Junii, splendens in gloriâ, supra
divinæ Matris templum, Aquilana
urbi benedicere conspectus es.

S. Gregori Nazianzene, hodie
translate.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MARIA, cuius openatus, reli-
gioni addictus, & hodie, te morientem
consolante, mortuus est B. Joannes a
S. Facundo, felicissimus cliens tuus;
para memori sancta illo modo, quem
optimum esse nosti!

xii Junii.